D. D. THOMÆ
CARLEVALII
HISPANI,

PATRITII BAECENSIS, PHILOSOPHI,
Theologi, & Juriſconſulti, olim in Baëcenſi Academia ingenuarum
Artium Profeſſoris: Poſt in Sacro ſupremo Juſtitiæ Conſilio
Regni Neapolitani Regii Conſiliarii,

DISPUTATIONES JURIS VARIÆ,

Ad Interpretationem Regiarum Legum Caſtellæ, & illis ſimilium, tam ex
Jure Neapolitano, quàm ex utroque Communi Civili, & Canonico.

DE JUDICIIS,

TOMUS PRIOR,

COMPLECTENS TITULUM PRIMUM DE JUDICIBUS,
& eorum legitima poteſtate; cum integro Tractatu de Foro competenti,
& aliis ſpectantibus ad Judicum poteſtatem.

Opus omnibus, tum Theoricis, tum Practicis utiliſſimum; cum Summis in cujuſque Diſputationis Capite, & ſuis locis inſertis multis Deciſionibus ejuſdem Sacri Regii Conſilii Neapolitani.

Editio noviſſima, prioribus emendatior, cui accedit

TRACTATUS DE JUDICIS OFFICIO.

LUGDUNI,
Sumptibus PETRI BRUYSET, & Sociorum.

M. DCC. XLV.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

APPROBATIO.

EX Mandato Illuſtriſſimi Galliarum Cancellarii, perlegi *Thomæ Carlevalii Diſputationes Juris*; nihilque Editionis iterationi viſum eſt obſtare. Pariſiis, die tertiâ Decembris, anno Domini 1744.

RASSICOD.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE; A nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, grand Conſeil, Prevôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Juſticiers qu'il apartiendra, SALUT. Nôtre bien amé PIERRE BRUYSET, Libraire à Lyon, Nous ayant fait expoſer qu'il deſireroit faire réimprimer, & donner au Public des Livres qui ont pour Titre *Vinnius ad Inſtituta & ſelecta Quæſtiones & Notæ Heineccii; Hermenegildi de Roxas de Incompatibilitate Regnorum & Majoratuum; Antonii Gomezii Opera Juridica, cum Additionibus de Ayllon; Molina de Hiſpanorum primogeniorum origine & natura, cum Additionibus; Vallenſis Paratitla Juris Canonici cum novo Tractatu; Thomæ Carlevalii de Judiciis, de foro competenti, & legitima judicum poteſtate*, *Tomi duo*; s'il nous plaiſoit de lui accorder nos Lettres de Privilége ſur ce néceſſaires; A CES CAUSES voulant traiter favorablement ledit Expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces Preſentes, de faire réimprimer leſdits Livres en un ou pluſieurs Volumes, autant de fois que bon lui ſemblera, & de les vendre, faire vendre & débiter par tout nôtre Royaume, pendant le tems de quinze années conſécutives, *à compter du jour de la date des Preſentes*. Faiſons défenſes à toutes ſortes de perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangére dans aucun lieu de nôtre obéiſſance; comme auſſi à tous Imprimeurs, Libraires & autres d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire leſdits Livres, ni d'en faire aucuns Extraits ſous quelque pretexte que ce ſoit d'augmentation, correction, changement ou autre, ſans la permiſſion expreſſe & par écrit dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiſcation des Exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'Amande contre chacun des Contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Expoſant, ou à celui qui aura droit de lui; & de tous dépens, dommages & interêts; *à la charge que ces Preſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Régiſtre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris*, dans trois mois de la datte d'icelles; que la réimpreſſion des Livres ſera faite dans nôtre Royaume & non ailleurs, en bon papier & beaux caractéres, conformément à la feüille imprimée attachée pour modéle ſous le contreſcel des Preſentes; que l'impétrant ſe conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10. Avril 1725. Et qu'avant que de les expoſer en Vente; les Imprimés qui auront ſervi de Copie à la réimpreſſion deſdits Livres, ſeront remis dans le même état où l'Aprobation y aura été donnée, ès mains de nôtre très-cher & féal Chevalier, le Sieur DAGUESSEAU Chancelier de France, Commandeur de nos Ordres; & qu'il en ſera enſuite remis deux Exemplaires de chacuns dans nôtre Bibliotheque publique, un dans celle de nôtre Château du Louvre, & un dans celle de nôtre très-cher & feal Chevalier le Sieur DAGUESSEAU Chancelier de France; le tout à peine de nullité des Preſentes. Du contenu deſquelles vous Mandons & Enjoignons de faire joüir l'Expoſant ou ſes ayant cauſe, pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement; Voulons que la Copie des Preſentes qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin deſdits Livres ſoit tenuë pour dûëment ſignifiée; & qu'aux Copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires, foi ſoit ajoûtée comme à l'Original. Commandons au premier nôtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles, tous Actes requis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clameur de Haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires: Car tel eſt Nôtre plaiſir. DONNÉ à Paris le onziéme jour du mois de Decembre, l'an de Grace mil ſept cent quarante quatre, & de nôtre Regne le trentiéme.

PAR LE ROY EN SON CONSEIL.

Signé SAINSON.

Regiſtré ſur le Regiſtre XI. de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris N°. 407. *fol.* 347. *conformément aux anciens Réglemens, confirmez par celui du* 28. *Février* 1723. A Paris ce 18. Janvier 1744.

Signé VINCENT Syndic.

TRACTATUS DE JUDICIS OFFICIO.

SECTIO I.

De Judiciis, jure naturali & divino licitis, ac in vita humana neceſſariis.

ARTIC. I. *Ante Societates initas, quilibet privatus Judex, omnes que homines æquales erant.*
II. *Cum paulatim in unum conveniſſent Familiæ, Principes ſeu Patres earum Judices conſtituti fuere.*
III. *Inſtitutio ſupradicta comprobatur ex Hiſtoria utriuſque Teſtamenti.*
IV. *Judiciorum neceſſitas ulterius ex novo Teſtamento deducitur.*
V. *Et ex propria cujuſlibet utilitate.*
VI. *Contraria referuntur & diluuntur Argumenta.*
VII. *Primævæ libertatis ac æqualitatis veſtigia & reliquiæ.*

1. PRiuſquam eſſent inſtituta Imperia, quid bonum, quid malum ob naturæ æqualitatem, propria quiſque ſententia æſtimabat. Quippe qui alium ejus rei arbitrum facit, neceſſe eſt ut & ipſum agentem ejus actionis arbitrum ſtatuat, utrum ſcilicet rectè judicaverit: ſ æqualitatis enim ratio, quæ inter homines natura eſt, flagitat, ut, de meis actionibus qui judicium fert, de ejuſdem & ipſe arbiter; neque verò plus alii in me, quàm mihi in alium licet. Sed & alterius judicium effectu erit deſtitutum, dum imperium arripere in alium naturaliter æqualitatis ratio non permittat.

Præterea natura ei potius judicandi largitur facultatem, qui de negotio poſſit rectius judicium ferre; is autem eſt, qui de eo quod quæritur pleniorem notitiam habet; atque is idem de cujus re agitur; alterum enim alterius bonum vel periculum præſens non æque ſentire, futurum non æque videre, quotidiana experientia uſque adeo teſtatur, ut nemo id, niſi omni ratione deſtitutus, dubitet. Nec, quod quis in ratiocinatione ſeu proprio judicio erret, jus dijudicandi minuit.

Alia enim ejus juris, alia recti eſt quæſtio. Priori enim caſu illud tantùm quæritur, utrum judicatio in jure ſit judicantis, vel quod non ſit alterius. Poſteriori autem caſu ſtatus quæſtionis in eo verſatur, utrum judicatio rectæ rationi conveniat, vel ei rectitudini, quæ in ratione neceſſaria eſt, non contraria ſit.

Natura autem humana cùm prava ac imbecillis nõ poſſit eo judicio naturali & jure rectè uti, & in promiſcuo rerum uſu naturæ leges & æqualitatem ſervare, multæ familiæ in unum locum convenerunt, ac judices conſtituerunt, his ſolis data poteſtas æſtimandi bonum & malum; adempta cæteris, quam natura indulſerat, libertate.

Sæpiùs enim paſſiones noſtræ cum ratione pugnant & in conflictu fere ſemper ſuperiores evadunt. Hujus rei cauſa eſt, nimia ſui æſtimatio, judiciorum diverſitas, appetitus plurium, maximè circa rem eandẽ, in rerum etiam copia, dum uterq; eandem ptæ altera deligeret, vel inopia, dum tota omnibus vel partes æquales ſingulis non ſufficerent: præcipuè verò ſi de ſervandis pactis, & de exigendo aliquo inter æquales agatur; Et peccati impunitas, dum nemo in ſtatu naturali exiſteret, qui læſos vindicaret.

Natura autem docet, ut quantum quiſque fecit ma- 5
li, tantundem patiatur. Ex hujus naturalis æquitatis ſenſu, Cain parricidii ſibi conſcius dixerat, *Geneſ. cap. 4. v. 14.* Qui inveniet me, interficiet me.

Unde patres-familias cum primogenitis omnem regiminis ſpeciem adminiſtrabant, & tanquam ædium ſuarum Reges & Sacerdotes tum ſacram tum civilem rem obibant, ac judicabant; ipſi clavum domeſtici imperii tenentes benedicere, maledicere, domo & hæreditate eliminare, imò capite plectere poterant, ut patet ab exemplis Noachi adverſus Chamum, *Gener.* 9. 25. Abrahæ adverſus Hagaram & Iſmaëlem *Gener.* 21. 14. Jacobi adverſus Simeonem & Levi, *Genes.* 49. 5. Judæ adverſ. Thamarã, *Gen.* 38. 24.

Tempore autem Moſis hoc jus penitus eliſum eſt, verùm ipſe, & ab ejus morte Joſue quem ſecuti Judices, hos Reges, populum Judaicum judicarunt.

Jerem. autem *cap.* 22. *verſ.* 3. præcipit Dominus, quomodo judicia exercenda ſint; ita enim loquitur: Hæc dixit Dominus, facite judicium & juſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris, & advenam & pupillum, & viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè: & ſanguinem innocentem ne effundatis

D. D. THOMÆ CARLEVALII REGII CONSILIARII,

Diſputationum Juris Variarum, DE JUDICIIS TOMUS PRIOR.

DOMINUS ILLUMINATIO MEA.

PROŒMIUM.

DECREVERAM ex ipſis ſtudiis, quæ moleſtiam aliquando attulerunt, ſolatium quærens, veluti ex labore requiem, quæ inde otii ſolet (Platone teſte) magis, ut calamitatum privatarum, & domeſticarum perturbationum (quibus jamdiù circumventus vexatus fueram, ut ſolent ferè homines) ægritudini medicinam adhiberem, quàm ut juvarem alios; ſtudenſque mihimet ipſi potius conſulere à propriis divertens curis, & ſollicitudinibus, atque ad malorum, aut communi naturæ, aut conditioni propriæ annexorum dolorem mitigandum, & leniendum, opem à muſis gravioribus petens, quàm inanem gloriam, oſtentatione copioſæ ſupellectilis novarum rerum, ſententiarum, & ſubtilitatum, cæteris intentus docendis, (à quibus certè doceri poſſum, & malim) aucupari, ſelectas quaſdam diſputationes texere, & difficultates declarare, quæ vel in privata lectione, cui bonam ætatis partem dedi, vel in cauſis, quas defendi, aut judicavi, in quo exercitationis genere diù ſum verſatus, mihi occurrerunt, poſſuntque aliis frequentiſſimè occurrere, eaſque in certos quoſdam locos, ac titulos diſtribuere, certiſque concludere finibus. Non ita quidem, ut cenſeri velim ſub unoquoque titulo integrum edere tractatum, in quo quaſi in perfecto, & ſuis numeris abſoluto opere nihil deſiderari, & quidquid quæratur inveniri poſſit; irritus enim eſſet labor, cujus nullus eſſet futurus exitus; fruſtràque cœptum eſſet opus, cujus non poſſet expectari finis: verùm ita tamen, ne rem actam agerem repetens vulgaria, tranſcribenſque aliorum ſcripta, ſed ad aliorum doctrinam aliquid adderem, ubi deeſſe viſum eſt, vel minùs ingenio meo ſatisfactum, aut afferrem in medium occultiora quædam notatione digna, & paſſim non obvia, aut cùm minimum redigerem in ordinem, ac methodum aliqua quæ apud Doctores inveniuntur ipſa diffuſione confuſa, & indigeſta, ruditateque obſcura, & difficilia, quibus vel ſe-